Jdc 14,9

N&c tamen eis uoluit indicare.
q̄d mel d&corpore leonis assumse
rat, Descendit itaq; pater eius ad
mulierem & f&cit filio suo sampson
conuiuium. sic enim iuuenes facere
consueuerant, Cu̅ igitur ciues loci
uidissent eum. dederunt ei sodales
triginta qui essent cum eo, Quib;
Locutus est sampson, Proponam
uobis problema [...] si solueritis mihi intra sep
te̅ dies conu[...] [...]x sindones & totide̅
tunicas, Sin au̅t n̅ p[...] soluere. uos dabitis
mihi triginta [...] & eiusde̅ num&i tunicas,
Qui responderunt ei. Propone problema ut
audiamus, Dixq; eis, D&comedente
exiit cibus. & de forte egressa est
dulcedo, N&c potuerant p tres
dies. propositione̅ soluere, Cu̅q;
[...]dess& dies septimus. dixerunt
[...]d uxorem sampson, Blandire
uiro tuo. & suade ei ut indic&
tibi quid signific& problema, Quod
si facere nolueris. incendemus & te
& domu̅ patris tui, An iccir[...]
nos uocastis ad nuptias. ut spo
liar&is, Quae fundeb[...] apud
sampson lacrimas. & querebatur
dicens, Odisti me. & non diligis,
[...]circo problema quod p[...]oposu
isti filiis populi mei. non uis mihi
exponere, At ille respondit,
Patri meo & matri nolui dicere.
& tibi indicare potero, Septem
igitur dieb; conuiuii flebat
apud eum, Tandemq; die septimo.

cum ei molesta ess& exposuit,
Quae statim indicauit ciuib; suis,
Et illi dixerunt ei die septimo. ante
solis occubitum, Quid dulcius melle.
quid leoni fortius, Qui ait ad eos,
Si non arass&is in uitula̅ mea̅.
non inuenis&is propositione̅ mea̅,
Insiluit itaq; in eo sp̅s dn̅i. descendit
q; ascalonem. & percussit ibi trigin
ta uiros, Quorum ablatas uestes.
dedit his qui problema soluerant,
Iratusq; nimis. descendit in domu̅ pa
tris sui, Uxor au̅ eius accepit ma
ritum. unum de amicis eius & pro
nubis,
Post aliquantu̅ autem temporis.
cum dies triticeae messis instar&,
Uenit sampson inuisere uolens
uxorem suam. & attulit ei hedu̅
de capris, Cumq; cubiculum eius
solito uell& intrare. p̄hibuit eu̅
pater illius dicens, Putaui quod
odisses eam. & ideo tradidi illam
amico tuo, Sed hab& sororem quae
iunior & pulchrior illa est. sit tibi
p ea uxor, Cui respondit sampson,
Ab hac die non erit culpa in me con
tra philistheos. faciam enim uob
mala, Surrexitq; & accepit tre
centas uulpes. caudasq; earu̅ iunxit
ad caudas. & faces ligauit in me
dio, Quas igne succendens. dimisit
ut huc illucq; discurrerent, Quae
statim perrexerunt in seg[...]es phi[...]
tinorum, Quib; succensis. & compor[...]

Jdc 15,5

License: public_domain – München, Bayerische Staatsbibliothek, Clm 29260(1, 19r – Old Testament
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-4bhc/10118/73653)